

attingi. Thasiam uinam Aegyptus uocat apud se præ dulcem, quæ soluit aluum. Est contra in Lycia quæ solutam firmat. Aegyptus et ebolada habet, abortus facientē. Vina in apothecis canis ortu mutantur quædam, posteaq; restituntur sibi. Sic et mari nauigato, cuius iactatus bis quæ durauerint tantum uetustatis adiacere sentitur, quantum habuerint.

Quibus uinis ad sacra uti fas non sit, & quibus generibus multa condiantur. CAP. XIX.

**E**T quoniã religione uita constat, prolibare dijs nefastū habetur uina p̄ter ip̄tata uitis, fulmine tacta, quamq; iuxta hoīs mors laqueo pep̄derit, aut uulneratis pedibus calcata, et quod circūcis uinaceis p̄fluxerit, aut superne deciduo imundiore lapsu aliquo polluta. Item Græca, quoniã aquã habeat. Vitis ipsa quoq; māditur decoctis caulibus summis, qui et cōdiuntur in aceto ac muria. Verum & de apparatus uini dixisse conueniat, cum Græci priuatim ea præcepta cōdiderint, artēq; fecerint, sicut Euphronius, & Aristomachus, & Coniades, & Hicesius, Africa gypso mitigat asperitatem, necnon aliquibus sui partibus calce, Græcia argilla, aut marmore, aut sale, aut mari, lenitatē excitat, Italiæ pars aliqua rabulana pice ac resina cōdire musta uulgare est ei, pro uincisq; finitimis. Non nusquã prioris uini fece acetohe cōdiunt. Necnō et ex ip̄so musto fiunt medicamina. Decoquitur ut dulcescat portione uirium. Nec durare ultra annum spatium tale proditur. Aliquibus in locis decoquunt ad sapis musta, infusisq; bis ferociam frangunt. Et in hoc tamen genere, & in omni alio subministrant uasa ipsa condimentis picis. Cuius faciendæ ratio proximo dicetur uolumine.

De picis generibus, & resinis, & mustis condendis, & de aceto, & fece. CAP. XX.

**A**Rborū succo manantiū picē resināq; alia oriente in oriente, alia in Europa ferūt. Quæ iterum est Asia, utrinq; quasdā habet. In oriente optimam tenuissimamq; terebinthi fundunt: deinde lentis, quam & masticem uocant: postea cupressi, acerrimam sapore. Liquidam oēs, & tantum resinā: crassiore uero, & ad pices faciendas cedrus. Arabica resina alba est, acri odore, difficilis coquenti. Iudaica callosior, & terebinthina quoq; odorator. Syriaca Attici mellis similitudinem habet. Cypria antecedit oēs. Est autē melleo colore, carnosā. Colophonia præter ceteras fulua, si teratur alba fit, granior odore, ob id non utuntur ea unguētarij. In Asia quæ fit è picea, admodū cādida, spagas uocatur. Resina oīs dissoluitur oleo. Quidam & creta figlinarum hoc fieri arbi trantur. Pudetq; confiteri, maximum iam honorem eius esse in euellēdis uirorū corpori pilis. Ratio autem cōdiendi musta, in primo feruore, qui nouē diebus cū plurimū peragitur, aspersu picis, ut odor uino contingat, & saporis quædam acumina. Vehementius id fieri arbitratur crudo flore resinæ, excitariq; lenitatē. E diuerso crapula compesci feritatem nimiam, frangiq;

uirus: aut ubi pigra lenitas torpeat, uirus addi. Liguria maxime circūpadanisq; mustis utilitas discernitur hoc modo, Pugnacibus mustis crapula plus inditur, lenibus parcius. Sunt qui et ex utroq; cōdiri uelint. Necnō aliã aque multiplici natura. Vitiūq; musto quibusdā in locis, iterum sp̄ote feruere: qua calamitate deperit sapor, uappaq; accipit nomen, p̄brosum etiã hoīm cū degenerauerit animus. Aceti enim nequitia inest uirtus magnos ad usus, & sine queis uitamitior degi non possit. Cetero uinorum medicaminis tāta cura est, ut cinere apud quosdam, ceu gypso alibi quibus diximus modis instaurantur. Sed cinerem è uitis sarmentis, aut quercu præferūt. Quin et marinam aquã eiusdem rei gratia ex alto peti iubent, seruariq; ab æquinoctio uerno, aut certe nocte solstitio et aquilone flante hauriri, uel si circa uindemiam hauriatur decoqui. Pix in Italia ad uasa uino condendo maxime probatur Brutia. Fit è picea resina: in Hispania autē è piceastris, minime laudata. Est enim resina harum amara & arida, & graui odore. Differentiam rationemq; faciendi proximo uolumine demonstrabimus. iter arbores feras. Vitia præter supradicta, acor, aut fumidum uirus, picis autē adustio. Experimentū uero si fragmenta subluceant, ac sub dente lentescāt acore iucundo. Asia picem Idæam maxime probat, Græcia Piericam, Virgilius Naritiã. Diligētiore admiscēt nigram masticem, quæ in Ponto bituminis similis gignitur, & iris radicem oleumq;. Nam cerā accipientibus uasis compertū est uina acescere. Sed transferre in ea uasa in quibus acetū fuerit utilius, q̄ in ea in quibus dulce aut mulsū. Cato iubet uina cōcinnari (hoc enim utitur uerbo) cineris lixiuij, cum defuto cocti parte quadragesima, pulegij uel salis sesquilibra. Interim & tuso marmore. Facit & sulphuris mētionē, resinæ uero in nouissimis. Super omnia addi maturescēte iã uino iubet mustū, quod ille tortiuū appellat, nos intelligimus nouissime expressum: & adijci mustis tingendi gratia coloris, ut pigmentum aliquod uini atq; ita pinguius fieri. Tot ueneficijs placere cogitur, & miramur noxium esse. In uitium inclinantis experimentum est, laminæ plumbeæ mutatus in eo colos. Proprium autem inter liquores uino, mucescere, aut in acetum uerti: extantq; medicina uolumina. Et fex uini siccata recipit ignes, ac sine alimento per se flagrat. Cinis eius nitri naturam habet, easdemq; vires, hoc amplius quo pinguior sentitur.

De cellis uinariis. CAP. XXI.

**M**agna & collecto iam uino differētia in cella. Circa alpes ligneis uasis cōditur circulisq; cin gūt, atq; etiã hyeme gelida ignibus rigorem arcēt. Mirū dictū, sed aliquādo uisum, ruptis uasis stete glaciata moles p̄digij modo, quoniã uini natura non gelaicit, alias ad frigus stupens tantum. Mitiores plagæ dolijs condunt, infodiuntq; terræ tota, aut ad portionem situs. Itē cælū præbent: alibi uero impositis tectis arcēt. \*traduntq; ad hæc p̄c. cellæ

\*traduntq;  
ad hæc p̄c.

cellæ